

GEORGIVS TSCHUDIN ABBAS CRITZLINGENSIS.



G eorgius Glaronæ ex nobili Tschudinorū familia natus fuit anno 1502, eo nimirum tempore, cum Marquardus eius pater Heluetiorum nomine præfектus in Turgouia esset. Is in pueritia in monasterium Creützlingen, iuxta urbem Cōstantiam situm, missus est, ut ibidem pietate & literis optimè institueretur. In eo loco ob innatas uirtutes adeò profecit, ut ab omnibus fratribus diligenteretur. Itaq; ipse uicissim eos amās ordinem assumpsit, & sacerdotio exornatus fuit. Erat eo tempore Petrus Babenberger eius loci abbas. is cum seditio rustica na oriretur discessit, & se se in tutum recepit. Vnde omnium consensu Georgius monasterij statim cum anno 1525 suscepit, & Administrator dictus fuit. Eam functionem cum optimè per 20 annos peregisset, tandem quoq; 1545 Abbas electus est. Fuit Georgius corpore procero & obæso, uerùm solerti ingenio insignis. Itaq; illud monasterium ære alieno ferè collapsum, sua industria & frugalitate restituit, atq; à ruinis uindicauit.